

+

13

Reuerendissimo in Christo Patri et Sanctissimo Viro
Dno Athanasio Kirchero Geogr. Al. Linceo S. P. D.

Hieri demum Organum tuum Mathematicum ad Serenissimum nostrum Carolum literarum tuarum ad eundem ac me deuenerunt. Causa diuturnioris morae fuit absentia R. P. Provincialis Siffonij cui instrumenti antè dicti traditionem commiserat, in Visitatione Hungarica alicubi detenti. Apertissimum uero quid inuenisti pro munere Serenissimi nostri, cui illud gratissimum accidit tibiq; per me pro eodem gratias agit tui haud dubie memoriae habiturus, quocumq; disciplinae Mathematicae dirigente organo tuo tractabit, quod utiq; pro eiusdem naturali inclinatione in hac arte fieri quæsitissime futurum iudico; in quo ex parte mea pro uiculi allaborare non desistam ut cum tempore Mathematicae scientiae deueno fautorem inueniant, quem in Ferdinando Tertio Gloriosae memoriae deperdiderunt, qui ubi propior quorundam creditur (defacto enim solum impensit ab Imperatore subministrari aliter Serenissimus noster) habere coepit, non omittat harum praecipue Scientiarum existeri se Mecœnatem. Dni Doctor. Marci opus Philosophicum perinde ut Mundus tuus subteraneus sub censoribus haret: ita quaedam ingenia ad noua inuenta seu potius ad ueterem ueritatem recur detectam astrepunt, ut amore suorum negamentorum occaecata, ne agnoscere quidem uelint ea, quae cum illis minur consonare uidentur, ino neq; possunt. Ego enim ueri cum falsitate communiõ. Communicauit mihi idem Dnus Marcius proxime quidpiam sat curiosi, quod quia tibi nequaquam displiciturum existimo, eius uerba haec adscribo: Ante dies 8 inuisit me quaedam persona nobilit, ex terris peregrinis Angliam repetens honoris gratia: atq; inter cetera discursus incidit mentis de oculis restituendis. affirmabat uero oculum erutum posse restitui et si uellem, mox demonstraturum in quouis animali. Iussi offerri anserem, qui occidi debuit: ille uero oculum lancetâ disidit ut humor aqueus totus efflueret, mox humorem crystallinum una cum uitho digito expressit, ut loco oculi nihil nisi foramen adesset, in quod de aliqua aqua, quam secum habebat, modicum infulauit: et ecce oculus subito impleri coepit, et intra quædam horæ fuit perfectus, qualis antè fuit; quem in hodiernum diem seruo et alij ostendo. Quid ad haec? uasculum illud cum aqua mihi dono reliquit, ut idem experiri in alijs liceat. Haec ille. Ego ut opprobri, me existimare oculum hoc medicamento non omnino restitutum esse, sed fortassis dumtaxat spiritibus aliquibus inflatum, ut perfecti cuiuspiam oculi similitudinem referre nihilominus possit; quod si uero experientia constet, anserem illum prius excruciatum, oculi deinde usum uisus accipere, me libenter a sententia recedere, pariterq; hoc naturae operanti arcanum maxime admirari: ad quem dubitationem meam responsum indies expecto. Organi tui Mathematici, quoad per tenuitatem meam licebit, fidelissimum interpretem agam, gaudeboq; me hac occasione ad deperditas utiq; earum rerum species reuocandas occasionem habiturum: quod si uero in quibusdam haesitaueris ad te recurrero non grauatis te latorem existimo. Finito felicissimè tibi anni non expiraturi finem, et Aespiciendi exordium affectuosissime precor. Vale Amicissime Kircherè, et de literariorum tuorum laborum successu quæpiam significet.

Vienna 17 Decembris
1661.

Tuus ut nosti
Godefridus Linceus

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, including the name "James" and "1811".

Main body of handwritten text, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

James

Bottom section of handwritten text, also appearing as bleed-through from the reverse side. Includes some faint, illegible words.

Small handwritten text at the bottom left corner.

Small handwritten text at the bottom right corner.